Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Sammelhandschrift, Predigerorden betreffend – Nürnberg, STN, Cent. IV, 75
Signatur:	Cent. IV, 75

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

genitricem, et mediante amore carnali,
quam eius corpus plusquam spiritum dilige-
bat, commovit eam, ut filie penitenciam
impediret. Cum enim senciebat eam
se cum cathena ferrea verberantem
levabat vocem planctus in altum et eiu-
lando dicebat. Filia filia. Ego te iam
mortuam video tu te ipsam absque dubi-
tacione occides. Heu quis meam michi
abstulit filiam? quis michi preparavit hec
mala? Hec et hiis similia prosequens.
Sermonis illa superaddebat clamoribus gemitus
gemitibusque adiungebat actus quandoque
furiosos, se ipsam scilicet laniando canosque
capillos capitis discerpendo sicut si eam
iam deffunctam cerneret in prospectu.
Hiis autem clamoribus frequenter tota
conventina commota est, ita ut qui ibi convenire-
rent ad videndum quid novi sinistri
aut infortunii lapse vetule accidisset. Cum
hoc eciam prospiciens quod super nudas tabu-
las dormiebat, secum violenter ipsam ad ca-
meram suam trahebat cogebatque ut
secum in lecto dormiendo iaceret. At illa
spiritu sapiencie non mediocriter illustrata,
videns talia, flexis genibus coram matre
lenibus verbis ac humilibus ipsam placans,
precabatur eam, ut omni furore deposito
equanimis esse vellet quia mandatis suis
obtemperaret ad votum, secumque in lecto po-
neret se ad iacendum. Cumque post quietam
da matre in extrema parte lecti corpu-
sculum reclinaret ad tempus, meditacio-
nem tamen sollicite quam meditari solebat,
postquam mater dormitaverat silenter surge-
bat et redibat ad spacium sui pauctum (?).
Quod nec hoc diu latere potuit matrem
eius hoste humani generis operante
qui felicibus eius actibus invidebat. Illa vero
talis erat ipsa prudencia ne matrem amplius

contristaret simulabat secrete secum
postem vel duo ligna, et cum iacere deberet
in lecto clam sub linteamine illum vel illa
ponebat ut decumbens solitam sentiret
duriciem et sic suam statim consuetudinem
non mutaret. Quod cum post aliquos
dies mater comperisset. Inviamus (?) in quod la-
bore ut video te immutabilem appositum
cerno tuus, melius michi esset cum viventibus cum videntibus
oculis pertransire. Porum (?) potius vero soles
sic quod victa ipsius constancia, permisit ea
in posterum manere et vivere, ubi inspi-
racionem omnipotentis. Et hic in capitulo
terminetur. Ea vero que comment in ipso ab
ipsa sancta virgine didici de abstinenciis
et asperitatibus aliis et ordine narratum.
Quandam (?) vero lapsa genitrix eius medi-
avit. Sed quandam matrone que in domo sua
fuerant conversate. Sed quandam per me ipsum
vidi et comperi et potissime de singulari
dono abstinencie sue

De ultima victoria quam habuit in balneo
et qualiter suscepit habitum beati dominici
diu desideratum. Capitulum septimum

Sanitati igitur virgo
restituta post pre-
dictam victoriam su-
is sanctitatis exercitiis
consuetis, cepit in
tanto forcius
agere quanto videbat
hostem humani generis se acrius et in-
desinenter impugnare. Cotidie gemitus
cotidie lacrimas divinasque aures inde-
sinenter pulsabat ut habitum diu desidera-
tum tempore mereretur quem superna pi-
etate per eternum patrem beatum dominicum
se meruerat repromissum. Non dum enim
propositum virginitatis sue putabat a